UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus necessariis

Cureau De Lachambre, Pierre

Coloniæ Agrippinæ, 1694

7. Ne corrideas illi, nec doleas: & in novissimo dentes tui obstupescent. Eccl. 30.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37935

Visual Library

nec laudes, nec corrigas, quam perocu-
los.

Quoniam oportet, ut tua præſentia & tua triſtitia ſit ipſius ſupplicium; Si bene fecit, lætetur de tua præſentia, & hanc pro ſua remuneratione accipiat: Approba id quod fecit, ſed ut hæc approbatio ſi eſt poſſibile, ſit muta, vel ſaltem non multiloqua, & ut tua declaratio, quam ipſi deſuper facies, non multum differat ab ipſo ſilentio.

REGULA SEPTIMA.

Ne corrideas illi, nec doleas: & in noviſſimo dentes tui obſtupeſcent. Eccl. 30.

PARAPHRASIS.

Non rideas cum tua prole, ſi non vis plorare: ſi non continuò ferrum habueris in manibus ad abſcindendos ramuſculos & id quod ipſi nocivum eſt, carpes amaros fructus, quibus dentes obſtupeſcent, & in tuis ultimis diebus magnos dolores cauſabunt.

REFLE-

REFLEXIO.

TRes neceſſariò cauſæ tibi dement authoritatem erga tuum filium; nempè ridere cum illo, & te nimis familiarem reddere, ſufferre & diſſimulare ejuſdem errores, & denique ipſi dare mala exempla, & coram eo tuas debilitates & paſſiones demonſtrare.

Hæ ſunt tres indiſcretiones, quibus reſpectum perdit, & te non æſtimare aſſueſcit. Evita eas ſedulò, quia ſtatim ut videbis authoritatem tuam perditam, crede pariter, quod filium tuum perdideris. Uno verbo, non illum adora, & benè attende in conſideratione tuarum prolium, ne ſequaris tot funeſta exempla aliorum parentum, qui eas per educationem ſtultos efficiunt, & poſtea per pecuniam, aut ſuam propriam potentiam Iudices & Dominos populorum conſtituunt.

REGULA OCTAVA.

Curva cervicem ejus in luventute, ne fortè induret, & non credat tibi. Eccl. 30.